1.a An sit necessaria intrinseca Dei, ac physica prædeterminatio, ut liberum hominis arbitrium operationem liberam moraliter bonam eliciat.

2.a An similiter, cum liberum hominis arbitrium actionem moraliter malam efficit, physice prædeterminetur à Deo ad eius realem ac specificam entitatem.

3. An gratia præueniens à sufficienti distincta à se sola sit efficax, eiusq; efficatia posita sit in physica voluntatis prædeterminatione; cui humana voluntas in sensu composito dissentire non possit; an vero in interiori et congrua Dei vocatione; præsertim ex S.ti Augustini sententia.

4. An gratia sufficiens sit auxilium Dei extrinsecum, an potius homini intrinsecum, et complete sufficiens ex parte actus primi antecedentis, sine alia Physica prædeterminatione.

5. An Deus non solum cognoscat infallibiliter omnia contingentia, quæ futura sunt, sed etiam quæ futura essent, his aut illis positis conditionibus.

6. An in potentia formaliter libera necessaria sit indifferentia, qua positis omnibus prærequisitis ex parte principij antecedentis, possit in sensu composito non operari aut aliter operari.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria